



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An Diaconus possit solemniter baptizare recusante Parocho. n. 42.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

menti, quoniam scilicet plurimi perirent ex defectu Ministri, si non quilibet obvius in necessitate esset sufficiens, unde ad cap. *si quis per ignorantiam*. R. Ibi refertur à S. Ildoro errorem aliorum: Quare statim subjungitur, sed Romanus Pontifex non hominem judicat qui baptizat, sed Spiritum Dei subministrare gratiam Baptismi, etiamsi Paganus sit, qui baptizat.

CONFIDENTIA. V.

42. Quidam Parochus ex odio, quod habet erga Parentes, recusat baptizare infantem, adest autem Diaconus: Queritur ergo, an is tunc possit solemnem Baptismum conferre; Ratio dubitandi est, quia Diacono id solum licere videtur in absentia Sacerdotis, & ex commissione ordinarij, hic autem adest Sacerdos, & quidem ordinarius, nec dat licentiam Diacono, ut supponitur: Sit itaque

RESOLUTIO, Diaconus in casu proposito potest licite administrare Baptismum solemnem infanti, etiam sine licentia Parochi, si alius Sacerdos non adsit, qui possit & velit baptizare. Ratio est præceptum Charitatis, erga proximum, & quia hanc potestatem accipit ab Ecclesia in ordinatione. Ex quo ad rationem dubitandi. R. Sacerdotem nolentem baptizare haberi pro absente.

CON.